



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. V. Quid demum sit van gloria, & quàm ea rectam Intentionem foedè
jugulet ni præveniatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

hiscite solvatur. Quisquis bonam intentionem amat, a gloria inanem odisse debet, aut calum non magni aestimat.

Filius diximus de hac peste rectâ intentionis. Sed ut capite sequenti, hac ipsâ de re plura disseramus, exigit tam obstinati, & ubique vulgatissimi morbi malignitas.

CAPVT V.

Quid demum sit Vana gloria, & quàm ea RECTAM INTENTIONEM fœdè iungulet, ni præveniatur.

Inanis gloria est scopolus immanis.

De constit. mon. c. 11.

Nomina seu tituli vanæ gloriæ.

Ribad. l. 5. tit. 4. c. 3.

Hom. 7. 2. in Matt.

In Const. Mon. c. 11.

Serm. 7.

1. Machab. c. 6. v. 43.

Lib. 1. offic. c. 40.

Inanis gloria, scopolus est immanis, ad quem vix ulli hominum non naufragium, aut certè damnum patiuntur. Ecquis ille tam peritus nauta, qui satis caveat, ne navim ad hunc scopulum illidat? Quàm autem ipsa varia est inanis gloria, tam diversa sortitur nomina à priicis scriptoribus. Basilii: Fugiamus, inquit, dulcem spiritualium operum expoliatricem, jucundum animarum nostrarum hostem, timeam virtutum, blandissimam bonorum operum depradatricem, eandemque mellis illura, veneni coloratricem. Tituli digni quos expendamus: Dulcis, inquit, spiritualium operum expoliatrix: similis deceptrici Dalila, quæ humanissimis blanditis Samsonem viribus exuit, & obicit hostibus. Iucundus anima hostis, gravius necat, quò plus delectat. Et, ut aptè Cyprianus, dum extollit, emollit; & pungit, cum ungit. Virtutum timea, Inanis gloria. Sicut autem è pretiosiore veste, robustior nascitur timea, quæ suos parentes lacerat, & corrodit, sic è virtute nobiliore gloria nascitur vanior & perniciosior, mors suæ matris. Blandissima bonorum depradatrix, allicit & delectat, erigit & demulcet, ut iungulet, & animo bona sua rapiat omnia. Veneni coloratrix. Ah! quis hominum tam religiosus & sanctus, ut omnes Vanæ gloriæ insidias deprehendat & caveat? Sanctus Ignatius Loiola hoc uno vir sanè magnus, quòd singulari Dei favore consecutus dicatur, ut annis compluribus ante mortem, nullam inanis gloriæ nec cogitationem quidem habuerit. Imò tam sui & cognitor, & contemptor erat, ut nullum se vitium diceret minus extimescere, quàm turgidæ hujus vanitatis. Audite filii, & parentis sanctitatem vel hoc uno æmulamini.

§. I.

Quàm autem hoc vitium supra cetera sit audax, & noxium, egregiè Chrysostomus: Nihil, inquit, ab hoc inimico securum, qui tanquam contagiosus morbus omnia corrumpit. Christus Dominus hortatus fuit, ut thesauros nostros in calo recondemus, quòd fur non appropinquat, & ubi timea non demolitur. Nihilominus inanis gloria eò pertingit, & sepe quæ quis in calo per bonorum operum fructum thesaurizaverat, unius inanis gloriæ impetus perdit, consumit, & expugnat. Eodem prorsus modo Basilii: Callida insidiatrix, inquit, Vana gloria, vel in ipsius cali convexis, insidiarum adversus nos collocatrix. Non minus eloquenter de hac peste Petrus Chrysologus: Subtile malum est, inquit, secretum virus, venenum latens, virtutum fucus, timea sanctitatis. Adversa omnia nituntur suis viribus, armis suis pugnant, impugnant palam; unde & caventur tam facili quàm videntur: hac tamen crudeli arte virtutes truncat mucrone virtutum, jejuniis jejuniis perimit, oratione orationem evacuat, misericordiam miseratione prostermit: hoc vitium de remediis creat morbos, & de medicina conficit languorem.

Eleazarus Hebræus, ille heroum gemma, ut unus ipse totum vinceret exercitum, elephantem regium sibi sumptis sternendum, nam visum est ei quòd in eo esset rex. Itaque pugione armatus, generosissimo cursu subter bestiam ruit, ferroque ventrem medium, quàm mollior est, rupit; sed sub iplo elephante quem occidit, & ipse occubuit, remansitque, ut Ambrosius loquitur, suo trium-

pho sepultus. Facinus mirandum! In prælio & nos versamur, sed contra nos stant vitia, pugnantque diverso impetu. Primus & maximus hic labor est, nostræ carnis elephantum deicere. Sed heu miseros nos, quos ipsa sepe victoria opprimit, & exinguit, dum sub hoste, quem superamus, cadimus. Jejuniis, vigiliis, aliisque rigoribus lascivientem carnem vincimus, sed hoc in triumpho nostro vincimur, sepelimur, non à carne sed ab inani gloriæ casti. Nimius sui suspensus, & insitum mortalitati vitium, se suæque mirandi & aestimandi, nos jam victores jugulat. Facinus miserandum! Epictetus hic nobile documentum suaviter ingerens: Sicut Sol, inquit, præces aut blandimenta non expetit ut exoriatur, sed statim fulget, & ab omnibus salutatur: Sic tu nec plausus expecta, nec strepitus vel laudes, ut bene facias, sed sponte beneficias, & pariter ac sol clarus eris.

§. II.

Struthio avis, nobile symbolum stultitiæ, mole corporis non inæqualis camelo, unde & Struthiocamelus dicitur, sed capite, instar anatis, exiguo; pennas habet amplas ut Accipiter, sed nunquam volat, velut quædrupes bestia. Mirâ fecunditate parit ova, eorum tamen plurima non fovet, sed in pulvere viatoribus calcanda deserit. Pullos ovis exclusos summe amat, hos ipsos tamen truculenter negligit. Qui laudes humanas ambit, stultitiâ Struthioni non cedit, pennas habet Herodii penis simillimas. Hominum sanctorum alæ, quibus in sublime feruntur, sunt orationes, elemosynæ, jejunia, vigiliæ, quæ Struthionibus illis non desunt, sed in altum non tolluntur, terræ harent, nec aliud cupiunt, quàm vivere. Et licet fœtus edant, pias actiones quas & ipsi amant aestimantque plurimum, & ab omnibus amari ac aestimari volunt, nihilominus charissima hæc pignora, locis non additis minimeque securis commendant; publicum expetunt, & quæ faciunt, videnda exponunt. Amant in synagoga & angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus exterminant facies suas, ut parent hominibus jejunantes. Cainum per Invidiam, Abiron per Superbiam, Zambri per Luxuriam, Ilcarioten per Avaritiam, Purpuratum epulonem per Gulam, Virgines suas per Socordiam, ad inferos tuere nil mirum: hoc mirum est, bis mirum, esse non paucos, qui per preces, abstinentiam, elemosynas, per nobilissimos labores tendant ad Erebum. En stultissimos Struthiones! Ergo, Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. Chrysostomus: Si gloriam amas, inquit, magis eam ama quàm Deo est. Quàm stultus sit assilera vel pugil qui certaminis sui spectatores habet Regem, & omnem regium comitatum, in præmium verò propositum cernit coronam auream gemmis distinctam, is tamen mendiculus cæcum interrogat, num placuerit, & ab eodem pugilatus sui mercedem postulat, nitentem scarabæum, aut versicolore lapillum. In stadio & nos sumus, quotquot vivimus, spectaculum facti. Mundo, & Angelis, & hominibus. Sed vani ac fatui, quàm præclare nos gesserimus, ex iis querimus, qui abditæ virtutis actus cernere nequaquam possunt; ab iisdem etiam in præmi locum laudatunculas frigidissimas avidè acceptamus. Nunquid non insignissimæ stultitiæ hoc est, laboriosa agere, ut Gregorius loquitur, & aure laudis inhiare, forti opere præceptis caelestibus inservire, & terrenæ retributionis præmium querere? Nonne placet vecordia sua, & sicut tela aranearum fiducia ejus. Aranea huc illuc excurrit, & mirè se fatigat, itque redditque sexcenties, è ventre stamina deducit, & irretiendis tenuissimis animalculis venabulum conficit, atque in retis speciem diffundit. Texturum hoc opus araneæ, multi laboris & miræ subtilitatis est, sed huic penitus destruendo non opus malleis, non securibus, aut bombardis; aura paululum concitator omnem laborem avehit. Aspicere obsecro actorum hominum sudores & discursusque nuntantur

turur, ut fatigant, ut moliantur, idque corpore, atque omnibus, ut dicitur, unguis variis se laboribus frangunt, & exhauriunt. Officinas ingredi, curias ad, scholas lustra, Aulas inspicere & miraberis multorum miserandam sedulitatem. Tot mensium, tot & annorum labores saepe puncto temporis intereunt, nam ubi recta intentio deficit, in ventum labor omnis evanescit, aura humani favoris omnia tollit, & sicut tela araneorum filicia ejus.

§. III.

Narrat qui oculis fidem habuit, visum à se illustrissimum Comitem, qui graviter admodum offensus à filio, cum non opportunum duceret, in ipsum è vestigio filium vindicare, tale supplicii genus invenit. Elhgem filii fortè conspicatus, eam à pariete solvit, & mox in frustra concepsit, æquissimum paternæ iræ argumentum præ se ferens. Hanc filio sapientiam præire voluit, utis denique fateretur, sibi hanc pœnam fuisse persolvendam, quam sua effigies dependeret. Ajunt & Persas, cum supplicium de illustri viro sumptui sunt, vellet & tiam ei detrudere, eaque suspensa verberare ut hominem ipsum. Non multum absimili pœnâ Christus Dominus Vanæ gloriæ cupidus punivit. Viderat Servator in via ficum foliis abundantem, sed carentem fructibus; ideo severe in eam pronuncians, & vitam ei omnem adimens: Nunquam, ait, ex te nascetur fructus in sempiternum. Et arefacta est continuò ficulnea. Hæc arbor, comis tam decora, pomis vacua, germana eorum effigies est, qui ad speciem valent, sed carent intentione. Hos ut Christus terret, dum eis parceret, effigiem illorum execrationibus laceravit, ut indignationem quam ipsi promeruerant, in suâ imagine cernerent.

Miramur primos omnium parentes ob malum unicum ad mortuum supplicio tam gravi affectos. Quis enim Diocetianus aut Phalaris, ob paucos fidei, aut aliquot sculos, aut unicum pomum, mille homines in crucem rapuit? Cur igitur Deus non mille homines, sed innumeros hominum milliones æternæ mortis damnavit, ob arbutulam unam, non solo excelsam, sed pomo privatam, & quidem unico? Puente præceptum, inquit Theodoretus, & infantibus conveniens videri potuisset illud: De ligno hoc ne comedas. Cur ergo tam diuturnâ severitate punitur transgressio? Merito sanè, quod impetierint tamen Protoplasti. Sigrandia Deus & difficultia imperasset, habuissent quo culpam purgassent. At vero cum illis amœnissima libertas in omnes paradisi arbores esset, exceptâ unicâ, facinus fuit intolerabile, & tanto supplicio dignum, nec ab hac quidem unicâ tam serio veritâ velle manus abstinere. Hinc jam liquet, quàm Deus & illos detestetur, qui gloriam, quam sibi unam vult debere, iniquissimè præceptum eunt: odit Deus omnes vitiosos, sed superbis & arrogantibus etiam resistit, quos scilicet infecit vitium idololatriæ cognatum. Pro D teste ita Veritas, &: Quomodo, inquit, vos potest credere, qui gloriam ab invicem accipitis & gloriam quæ à solo Deo est, non queritis? O miseri, theatrum vobis in cælo constitutum est, in terrâ tamen spectatores colligitis.

§. IV.

Augustinus veterum Philosophorum turbam, relictâ ab ipsis accepto, feriebat in hunc modum. Picturam illi talem statuerant. Regina, nec veste, nec vultu eam dignitatem decente, sublimi tamen folio sedebat; Regine nomen VOLVPTAS. Aditabant nobilissimæ virgines, VIRTUTES, velut ancillæ ad omnem herilem natum paratæ: Has variis imperiis fatigabat proterva domina, & modò Prudentiæ, modò Fortitudini, modò Temperantiæ dictitabat, quid in rem suam curatum vellet. Bene, inquit Augustinus, hac picturâ expresse-

rant Philosophi, quod volebāt, sed ad laudis appetitum, quo ipsi maximè laborabant, pulchrè convincendum. Ergo simillimam priori tabulam pingamus, sed pro voluptate, VANAM GLORIAM substituamus, cui pariter imperanti Virtutes sic ancillantur, ut nihil provideat Prudentia, nihil distribuatur Justitia, nihil toleret Fortitudo, nihil Temperantia moderetur, nisi quod à Vanâ gloriâ jubeatur, & aliorum oculis placiturum speretur. Et quid, oro, improbo hoc dominati iniquis? Fœdissimum illud monstrum, illa verè Gloriæ larvalis umbra, amplissimis reginis, Virtutibus sic illudat, & vel invitas cogat sub imperium prorsus detestabile? Ita sanè fit, sic vivitur, sic servitur: hæc mundi sunt spectacula, hæc illius miracula, operosa, fateor, & saepe multi sudoris, sed laudis appetitui non difficilia: sub Vanæ gloriæ amabile imperium fluunt omnia; ipsæ Virtutes ad hanc suavissimam vim degenerant, & generosam suam contumaciam, hæc expugnari non valde nolunt, transeuntque in arbitrium fucatae Gloriæ. Sed, Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Romani rerum domini, quàm præclare gesserunt multa, quanti armis togæque? quàm laudata eorum Justitia, quàm exquisita Prudentia, quàm Clementia celebris, quàm invicta Fortitudo, quàm Temperantia illustris, quàm casta & impenetrabilis Pudicitia, quàm admiranda Constantia? Sed receperunt mercedem suam. Locupletissimus testis Augustinus: Honor, in Lib. 5. de ci. bonorum operum quæ egerant, nec est quod de summi & veri Dei laus à conquerantur. Eximia illorum erant opera, sed præmium se dignum reulerunt. Gloriam ambiunt, & certè obtinuerunt. Fines imperii Romani, Orbis & Oceanus, ita ut quidquid opportum fuit aut dignum vinci, vicerint. Itaque terminos sibi fecerunt Orientem & Occalum, exceptis locis inaccessis aut inhabitatis vel ignobilioribus: Receperunt mercedem suam. Aquilissimus Deus, nihil vitii, nihil & virtutis sine supplicio & præmio transmittit. Unde actionibus illis melioribus, Deus a quibus tamen cælum debere non vult, congruam, & ætionibus extra cælum remunerationem assignat: recipiunt mercedem suam, sed ita ut non recipiant æternam. Ah, quantum ubique laboratur, sed nihil ad cælum hi labores. Obsecro, vel aulas tantum inspicimus, quàm vult, extra hic vari generis servitia sunt, quàm exactæ sedulitatis cælum affigunt operosa solertia: totos dies & saepe in adultam noctem stare, aut ad omnem lassitudinem huc illic excurrere, plurimorum invidiam tolerare, omnes heriles nutus observare illic quotidiani usus est. Et sunt qui hæc omnia religiosissimâ urbanitate faciant, sed præter pecuniam & gratiam nil expectant: Receperunt mercedem suam: non enim quàm Deo, sed quàm Principi chari essent, laborarunt. Alii ad negotia & curarum subtilitatem in aulis admoti, vigilantissimos oculos in omnem partem emittunt, ne quid regis gazis aut honoribus decedat, sed saepe hi boni viri, dum attentissimâ sollicitudine curant omnia, animum suum inter curanda non numerant, modò crumenam faciant, modò Principis gratiam non perdant, tantisper sui ac cæli negligentes efficitur credunt, & seipsos vix unquam conveniunt, cum conscientia suâ rarissimè, & non nisi obiter loquuntur, suam in rebus agendis intentionem non examinant: ceterum de rebus omnibus suavissimè confabulari norunt, de cælo per horam disserentem, audire ægerimè sustinent: verbo dicam, non solent esse domi suæ, & secum loqui, omnibus aliis fideiores quàm sibi. Et hi quoque, Receperunt mercedem suam, humani favoris auram, & aurum, splendentis terræ particulam, hæc mercedem post funera non duraturam! Ergo, videre vosmetipsos (ò Aulici, ò quicumque alii) ne perdati quæ operati estis, sed 2. Ioan. c. 6. ut plenam mercedem accipiat. Seduli estis, & diligentes in officiis vestris? bene hoc quidem: Sed quod diligentes videri

res videri vultis, hoc jam male: imò hoc jam pessime, A
quod saepe vobis curae non est, quia fideles & industii
sitis, sed quam esse videamini. Videre ergo vos meti-
pulos, ne & vos olim audiat: Repperunt mercedem suam.

§. V.

Indic. c. 11.
v. 34.

O Ccurrit olim Jephthæ Virgo parenti è bello re-
duci, laudes amantissimi patris decantatura, &
una victoriam ac triumphum gratulatura. Audiit Je-
phthæ quantis patrem præconis afficeret filia; sed tamen
hanc laudatricem, quamvis invitus, pro laudum præ-
mio jugulavit. Facinus ingens, & nobis prorsus imitan-
dum quia licet. In bello sumus & nos, nec unquam non
satis hostium est: omnis diabolorum imperus deservie-
rit, sola tamen caro nunquam non refractaria, bellum
mover continuum. Postquam rem præclare gessimus
in hoc bello nostra nobis filia prodiit obviam, pulcher-
rimus nos elogiis affectura. Hæc est, ut Origenes expli-
cat, Inanis gloria, quæ tunc maxime apparet laudibus
instructa, cum res strenuè & feliciter gesta est. Cum
Xenodochium locupletasti, cum templum condidisti,
cum prolixas præces inisti, cum pauperulam virginem
dotali, cum liberaliorem stipem dedisti, cum strictius
jejunium observasti, tunc blanda illa filia sese fert ob-
viam, ore pleno, quidquid factum dilaudans, & velut
suave carmen, hæc talia ingeminans: Quam præclare,
quam pie hoc & laudabiliter; quam istud religiosè &
sanctè; quam hæc res boni exempli: factum nobile,
quis negaverit? vicisti teipsum, res loquitur: sic decuit,
& utinam multi te imitentur: insigniter egisti. His vi-
ctori applaudit blandissima hæc filia. Quid hic agen-
dum? Tu, si vis es, & labores tuos non vis esse cassos,
hic grandem affectum indue, & laudatricem hanc ge-
nerosam manu jugula; quidquid à te factum, una cum
omni laude integerrimè ad Deum remitte, & rectam
intentionem quam actionis initio tibi sumpseras, ar-
denter resume. Augustinus ad hoc addens animum:

Et ab eo
generosa
manu ju-
gulanda
est.

Lib. 5. de Ci-
vit. c. 14.
ipso initio
c. 64. ad
finem.

Hinc cupiditati, ait, melius resistitur sine dubitatione, quam
ceditur. Non enim huius hostis vires sentit, nisi qui ei bellum in-
dixerit; quia etsi cuique. Non facile est laude carere dum denega-
tur, difficile est ea non delectari cum offertur. Tandem quisque est
Deo similior, quando ab hac immunditia mundior.

Sed quis ille vir, qui omnem Vanam gloriam satis
caverit? Jephthæ quo minus filia prodiret in occursum,
impedire vix potuit, sed efficere potuit, ut non caneret,
aut prius vitam quam cantum abolveret, vocem ei &
animum simul auferens. Sic homo quantumcunque,
religiosus & sanctus, veritate vix potest, quin post pluri-
ma bene gesta Vana gloria occurrat, quin canere, quin
titillare incipiat, sed prohibere potest, imò debet, can-
tum finire. Hunc igitur occursum detestari, laudantis
carmen averfari, ipsam incantatricem hanc gloriam re-
cta intentione confodere nil cunctetur, si Deo potius,
quam sibi placere malit. Omnem rectam intentionem
Vana gloria jugulat, ni præveniatur, & occursum primo

Qui Deo
potius
quam sibi
placere
mavult.

Hom. 12. in
epist. 2. ad
Cor.

Lib. 3. c. 40.
nu. 4. & 6.

Grad. 21. de
Cenod.

Verè, Vana gloria, ut optime Chrysostomus, seva est
bellua, horrendus demon, pestis Orbis terra, venenata vipera,
quomodo enim illa bestia ungibus uterum matris discepsit, ita
etiam hoc vitium parentem dilacerat. Et quam eximie Tho-
mas ille à Kempis? Verè, inquit, inanis gloria, mala pestis,
vanitas maxima: quia à verà trahit gloria, & celesti spoliat
gratiâ. Dum enim homo complacet sibi, displicet tibi: dum in-
biat laudibus humanis, privatur veris virtutibus. Querant lu-
da gloriam qua ab invicem est: ego hanc requiram qua à solo
Deo est. Omnis quidem gloria humana, omnis honor tempora-
lis, omnis altitudo mundana, æternæ gloria tue comparata, vani-
tas & stulticia est. Atque si Climaco credimus, Inanis
gloria est laborum dissipatio, sudorum perditio, thesaurorum
insidia, perfidia alumna, superbia præcursor, in portu naufragi-
um, in arca formica quæ etsi tenuis est, laboribus tamen omni-

bus & fructibus insidiatur. Expectat formica dum perficiatur
tritum. Cenodoxia verò dum congregentur opes: gaudet illa ut
furetur, hæc autem ut dissipet. Operarius ebriosus, inquit Sira-
cides, non locupletabitur, qui quod actione honesta colli-
git, per ebrietatem vanæ gloriæ dissipat.

Sed vereor, ne multi hæc monita non satis capiant.
Hos mores hoc ævo amamus, ut cum vitium aliquod
perstringitur, neminem facile reperias, qui illo se labo-
rare fateatur; nec mille testibus sinceram ei confesso-
nem expelleris. Et quis est qui se arrogantem credat &
doleat? Cum tamen Augustinus Antistes longè sanctissi-
mus, huius se culpæ minimè immunem pronuncia-
rit, nam seipsum dilertè accusans: Hoc mihi ipse, inquit,
canto quotidie, & tamen vehementer cum adversario dimi-
cans, sape ab eo vulnera capio, cum delectationem oblata laudis
mihi auferre non possum. Nos quidem inanem gloriam
damnamus omnes, non omnes fugimus. Nemo est, ne-
mo qui hunc morbum non peritè dissimulare se credat
plurimi ab hoc morbo sanissimos se jurant, cum eo
maximè sint infecti, ebrius illis simillimi, qui tunc sibi
maximè sapere, & animo constare, ac bellè omnia fi-
cere videntur, cum lingua titubat, & pedes: ita glorio-
se vanæ scientes, tunc se primum velut religiosissimos
homines circumspectant, cum ex hoc multo probe sunt
appoti. Idcirco Chrysostomus: Intolerabilis, inquit, que-
dam ebrietas est inanis gloria: quidquid facit, aliorum tantum
gratiâ facit. Ea de causâ Christus illud suum ATTEN-
DITE, tam fidei præmonitione ingeminat, ut Inanem
gloriam, velut fucum vaferrimum, & furandi perissi-
mum omni studio caveamus. Ergo, ATTENDITE, Om-
ne bonum quod per concupiscentiam laudis ostenditur, oculi: &
adversarii juri mancipatur, inquit Gregorius. Spoliani
vult, quisquis ab hominibus vult videri.

CAPVT VI.

Aliquot questiones super RECTA
INTENTIONE.

Deo servire, non tantum omnibus legibus, & om-
ni rationi congruum, sed nobilissimum ac opti-
mum obsequium est in Orbe, & res prorsus necessaria
obtinendo celo. Illa verò solatii dulcedo, quam multi
sentiant, qui Deo serviunt, mel est è celo, & res sanè
pretiosa. Nihilominus Deo servire ad emendandam hanc Deo
animi dulcedinem, exigua laudis est, & à sanctioris iudi-
cii vitis habita semper est hæc intentio vitiosa. Ad de-
lica res est INTENTIO PVRA, & sui ipsius amor
nunquam non inimica, quacunque demum ratione is
sele insinuet. Est autem sui ipsius amor omnium dele-
ctationum amicus, earum etiam quæ minimè profa-
nae censentur. Et quia Deus sibi non temperat, quin suis
fidelioribus servis aliquid ejuscemodi mellis è celo stil-
let, amor proprius mox illud excipit, & ob hanc ipsam
gustationem in ampliora servitia se offert. At hoc non
est Deum querere, sed seipsum, nec in donantis sed do-
nigratiam laborare. Quod quidem à vitio non penitus
immune censetur: neque enim aliud est, quam si servus
aut ancilla operam suam locet cauponi, quod speret seu
honorarios seu furivos calliculos, & crebriores domi-
nicæ cenæ reliquias: aut quis in servitutem se tradat
pharmacopæo, aut dulciario, aut cupediario ob melli-
ta crustula sapius lambenda. Hoc amor sui ipsius tam
occultè agit (est enim subtilissimus artífex) ut aliquando
serius, ab industrio etiam homine, deprehendatur tam
testa impostura. Deprehendi tamen potest, & tunc
maximè cum preces & labores, cum quidquid virtu-
tis est, ideo in fastidio esse incipit, quia mel illud defi-
cit. Atque si talem interroges, cur non oras, cur non
laboras, sicut nuper feceras? respondebit: Non sapio, fastidus
nausco, inamæna res est oratio, tædet laboris. Verum esse non
qui pium.